
Caerulea hinc cili Saturnius adnuit arce,
aurea caesaries quam cingit nutibus almis.

3

Hinc primus extat Aeacus Iovis proles
atque inde Peleus Phthiae regna possedit,
quo tu subortus inclyta cluis proles.

4

Pyrrhusque post id nobile adserit sanguen,
quem subsecuta est Pieli fama non dispar;
Pielique proles Eubius dehinc regnat.

5

Post Nessus ardens excipit domus nomen
Argusque post id, qui potens fuit Xanthi;
ex hoc Arete nobilis genus ducit.

10

Areata natus Priami nomen accepit,
Tryinus unde et Eurymachus post illum,
ex quo Lycus fit dives et dehinc Castor.

15

Castore natus est Dromon, qui dat Phocum.
atque hinc suborta est Metrias, quae suscepit
Neoptolemei nominis vicem dignam,
cui substitutus Charopus; hic Molossorum
regni potitus auctor extitit stirpis
nostrae . . .

. . . eritque viscus inclytum matris,